

^{a/} patientes l.

dicatur: Noli emulari inter malignantes, neque emulatus fueris facientes iniquitatem. Tempore igitur sanctissimi patris Athanasii pene universas orbis ad Arianam heresim se contulit; et tamen paucissimi in catholica fide perseverantes victoria palmam consecuti sunt.

X. Ut qui semel et iterum in eodem gradu consecratus est, a sacro ministerio sit excludendus. Inf. Qua ratione facti auctores es, ut qui semel et iterum in eodem consecratus fuerit gradu, a sacro ministerio sit excludendus? Res. Non a me ipso, sed ut supra relatum est, a beato Gregorio necnon et apostolorum canonibus tale quid audenter protuli. Inf.

Ergone qui denuo baptizatus fuerit, a christianitate pellendus est?

Res. Nequaquam; sed aliud est baptizatus et aliud consecratus. Omnis enim qui consecratus est, baptismum dare potest; non tamen omnis qui baptizatus est, consecrationem vel sibi habere vel aliis dare potest. Hinc est

i/ baptizare l.

quod baptizati bigami, si necessitas incumbit, baptizare possunt, sacrum vero ordinem canonice accipere nequeant. Cernere, quod baptismum ad fidem pertineat, consecrationis autem ad ministerium, per quod ipsa fides percipitur et christiana religio celebratur.

^{1/ et i. huiusmodi homo s. l.} Et idcirco ^{qui} huiusmodi homo sacrilegium incurrit, a sacro ministerio est removendus. Adde etiam, quod absque baptismo nullus in regnum caelorum intrare possit, et propterea bis baptizatum a christianitate requestrat^{um} nefarium est. Inf. Sacerdotes, qui tempore persecutionis negaverunt, suis honoribus non sunt expositi.

^{1/ impositionis s. l.}

iteratam impositionem 3.

Isti ergo propter iteratas manus impositionis a sacerdotio quomodo sunt excludendi? Res. Alter est. Nam de sacerdotibus, qui tempore persecutionis negaverunt, non parva distantia est inter eos, qui absque periculo, et eos qui violenta oppressione negaverunt.